

A PRIMO ERGO A CONIUGATIS ARGUMENTUM DUCATUR.

Conjugata dicuntur cum declinatur a nomine & fit uerbum ut cicero uerrem dicit euerisse prouinciam uel nomen a uerbo cum latro cinari dicitur latro aut nomen a nomine ut terentius inceptio est amentium aut amantium.

B A genere argumentum est quando a generali ad speciem aliquam descendit ut illud uarium & mutabile semper femina potuit & dido quod est species uaria & mutabilis esse uel illud ciceronis quod fecit argumentum descendens a genere ad speciem. Nam cum omnium prouinciarum sociorumque rationem diligenter habere debeatis tum præcipue sociis iudices.

Γ A specie argumentum ducitur cum generali questioni fidem species facit ut illud uergili annos sic phrygius penetrat lacedæmona pastor. quia phrygius pastor species est & si studille unus fecit & alia hoc troiam generaliter facere possunt.

Δ A simili argumentum est quando rebus aliquibus similia proferuntur ut uergilius suggerere telamih nonnullum dextera frustra torsit in rutulos steterunt que in corpore graui miliacis campis.